

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

298. An Superiores Regularium possint absolvere subditos ab  
exco[m]municatione incursa ob Symoniam contractam in ordine, vel  
beneficio? Nec enim possint cum illis dispe[n]sare in suspensione, quæ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

*Iesu ver. dispensare, §. 5. & 6.* dicitur qd Generalis ipsorum potest dispensare cum subditis in bigamia ex concessione Sixti IV. facta Carthusiensibus.

4. Sed ego in facti contingencia non recederem a prima sententia, quam praefero DD. citatos tenet etiam Sebastianus à Bononia tractat. de elect. part. 5. tr. 5. ex Ref. 148. leg. 2. l. 3. §. 2. & pro dispensat. Episc. in An Pralati Regulares possint absoluere subditos suis suspensoe propter Ordines suscepentes ante legitimam atatem, vel absque licentia, vel per salutem? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 8. 5.

Sup. hoc nō tato, & quā modo hoc delictum accidit, in tom. 5. tr. 5. ex Ref. 148. leg. 2. l. 3. §. 2. & pro dispensat. Episc. in An Pralati Regulares possint absoluere subditos suis suspensoe propter Ordines suscepentes ante legitimam atatem, vel absque licentia, vel per salutem? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 8. 5.

RESOL. CCXCVII.

Sup. hoc in §. 1. Negatiū respondet Gabucinus, quem cit. 5. tr. 3. Ref. 44. §. vlt. 12. num. 13. & 14. vbi asserti, priuilegiis Regularium circa hoc esse derogatum per Concil. Trident. sess. 2. 3. cap. 12. de reform.

2. Sed proflor contrariam sententiam tenendam esse puto, quam latè defendit Laurentius Portel in dub. Regul. ver. Ordines Sacri, n. 14. & nouissimè Hieronymus Rodriq. in compend. sqq. Regul. refol. 106. n. 26. & ad argumentum Sayri responderet Portel, quod Concilium ibi solum reuocat priuilegia, ne ordinentur Regularies ante atatem ibi assignatam, non verò reuocat priuilegia Regularium quæ alijs habent absoluendi à Sede Apostolica suis subditos. Inò Concilium clare loquitur: ait enim ( priuilegiis quoad hoc exclusis ) quod hoc inquam, id est, quoad Ordines sufficiendos ante hanc atatem, unde non loquitur de priuilegiis Regularium ad absoluendo subditos.

3. Neque obstat, quod Sextus V, in sua constitutione contra malè promotos, reuocauit priuilegia Regularium ad abfoluendum subditos si male promoto, quia postea realidata sunt per alios Pontifices subsequentes, qui confirmarunt priuilegia Regularium ex certa scientia, quæ forma confirmationis realidad invalida, & reuocata per suos antecessores, ut communiter docent Doctores, & præcipue inter illos Sigismundus à Bononia tr. de elect. part. 2. c. 4. dub. 76. n. 6. & Suarez de legib. lib. 8. c. 19.

### RESOL. CCXCVIII.

An Superiores Regularium possint absoluere subditos ab excommunicatione ob simoniam contractam in Ordine, vel beneficio?

Nec enim possint cum illis dispensare in suspensiōne, qua incurrit ratione Symonia in Ordine suscepentes, nec dispensare possunt in irregularitate ob talē Symoniam contractam, etiamsi Symonicus sit occultus?

Et an sit probabile Symonicum occultum non incurtere irregularitatem?

Et an priuati Regularies possint bodie absoluere clericum simonicum in ordine, vel beneficio ad se venientem pro sacramentali confessione audienda?

Et an id possint Confessores Societatis Iesu per priuilegium concessum a Paulo III. per quod i' ap' concedit illis Patribus, ( ac proinde cum illis communicantibus, ) vt paenitentes ad se venientes possint absoluere ab omnibus censuris, & penitentia Ecclesiastica, exceptis contentis in Bulla Cœna? Ex p. 10. II. 15. & Miic. 5. Ref. 8.

§. 1. Negatiū sententiam mordicū sustinet Magister Texeda in Theolog. Moral. tom. 1.

lib. 2. tract. 1. contr. 18. num. 10. vbi sic ait, Si roges, quod regulares Praelati possint absoluere suis subditos ab excommunicatione incursa ob ordinum simoniacum susceptionem; & dico hodie non posse cum illis dispensare in suspensiōne, quæ incurrit ratione simoniae in ordine suscepentes, quia licet actento quedam privilegeio à Clemente IV. concessio Congregationi S. Benedicti in Hispania ut referat Collector priuilegiorum ordinum: & Abbatibus Cisterciensibus, virtute cuius poterant Abbates, & eorum Vicarii absoluere suis subditos à penitentiis, quas incurrit subditi proper ordines simoniacè suscepentes, & proper beneficia simoniacè obtenta, & hoc quidem non selen in via, sed toties quoties illis viatum fuerit expedire. Tamen Sextus V. in quadam constitutione, quam edidit contra Clericos male promoto, eam facultatem penitus reuocauit, & abstulit, dicens quod nemo nō p̄ceptu cunctum priuilegiū etiam mare magnum nuncupari, &c. possit absoluere huiusmodi simoniacè promoto, & verba eius sunt, persona sicut prefectori delinquentes tam feliciter Antistites, quam Abbates promouentes, quām clerici male insigniti, seu ordinati à reatibus & excessibus praefatis absolvi possunt in mortis articulo non possint aut debent, nec quod super irregularitate p̄missa contraria, etiam crimen penitus occultum fuerit quovis modo valere dispensare. Ex qua Sexti V. constitutione non obstat, & constat omnibus tam Episcopis, quam Regularibus Praelatis, ablatam esse facultatem absoluendi suis subditos ab excommunicatione, & alii pañis incurris, eo quod simoniacè ordines suscepentes, vel beneficia obtinuerunt etiam p̄textu priuilegiorum regularium, quia omnia illa quod haec p̄tem derogat, & inutila esse ex nunc pro tunc declarat, ac proinde etiam abstulit facultatem dispensandi cum p̄dictis simoniacis in irregularitate ob illud crimen simoniacum incursa, quam etiam Sexti V. constitutionem ad terminos sacrorum Canum, ac constitutionem Pij II. Sexti V. praedicatoris, & ad dispositionem decretorum Sacri Tridentini Concilij adiecit haec verba, praterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos insignitos, has enim voluit in suo robore permanere. Ex quibus Pontificis verbis, quamvis praeditam Sexti V. constitutionem videtur moderare, & restinguere, quantum ad aliquid, absolute tamen reliquit illam in suo robore quantum ad auxiliandum potestem à Religionum Praelatis, ut possint absoluere suis subditos, qui simoniacè ad ordines promoti sunt, nec in irregularitate ob talē simoniam contraria dispensare, & ideo si Religiosus simoniacè ordinatus est, aut simoniacè Prioratum aut quacunque alia dignitatem in Religione obtinuit ( nam nomine beneficii, officium dignitatis in Religione intelligitur ) est ipso facto excommunicatus, & effuso iure illis privatus. A qua excommunicatione ablinuit nequit per Regularis Praelatos, nec in suspensiōne incursa dispensari nisi per Romanum Pontificem, cui talis absolutionis, & dispensatio reservata sunt, quod debet intelligi etiam si simonicus occulus. Hucusque Texeda.

2. Sed contrariam sententiam tenet Portel in *Spons. Moral. som. 2. cas. 4. 2. num. 1.* vbi sic afferit. Credo posse hodie Praelatum Regularium absoluere suum subditum à simonia commissa in ordine vel beneficio. Probo, quia licet Sextus V. reuocaverit omnia priuilegia Religiosorum, per quæ id poterat absoluere, tamen postea Clemens VIII. in bullario Rodriguez fol. 120. confirmavit priuilegium Minororum ex certa scientia, quod idem fecit postea Paulus Quintus; & Clemens VIII. in prædicta Bulla confirmatoria addidit hoc verbum, confirmamus, & iuravimus.

nonamus. Est autem communis Doctorum opinio, quod quando Papa in confirmatione priuilegiorum Ponit verbum *ex certa scientia*, & verbum *innovamus*, censetur confirmare etiam priuilegia talium Religiorum, quae ante per aliquem Summum Pontificem fuerant revocata. Sic tradit *Glossa incipit, quia diversitas, & in e. de transact. Ex confirmatur, quia talis confirmatio ex certa scientia habet viu confirmandi actum nullum, reddendo illum de inutilio validum, seu de priuilegio nullo facere validum. Sic Suarez fus. lib. 8. de legib. cap. 18. ann. 12. idem tenet Collector priuilegiorum Mendicantium verbo, Priuilegium, ad §. 15. dicens multos famulos Doctores Universitatis Salmantinensis declarasse quod quandoque aliqua priuilegia conceduntur de novo cum hac clausula, *Nox obstantibus revocationibus Apostolicis, intelligitur vivificata*; & de novo concessa etiam illa, qua fuerant revocata. At Clemens VIII. in citata Bulla dicit *innovamus*, & in proemio Bullæ dicit, *Ex in pristinum statum reponat*, & post medium Bullæ dans Iudices Conferentes pro defensione dictorum priuilegiorum, præcipit illis, ut procurent, *Omnia semper in pristinum reponi*; Quæ omnia verba satis innuunt confirmare voluisse etiam priuilegia revocata, maximè cum ibi Clemens VIII. non apologetus clausulam, *Quatenus sunt in usu*. At confitit quod ante illam revocationem factam à Sixto Prælati regulares poterant absoluere iubilatos ab omni simili excommunicatione maximè per concessionem Pij V. factam Prælatis Patrum Dominicanorum, quibus concessit, ut per se possent absoluere iudicatos ab omnibus casibus occulsi, quæ possunt Episcopi absoluere, & huius meæ opinionis est etiam nouiter Fr. Hieronymus Roderic. in suis resolutionibus refut. 3. num. 7. Dixi posse Prælatum absoluere suum subditum simoniacum in ordine, nam quæstio non modica esse potest, ac Confessores Regulares, possint hodie absoluere Clericum simoniacum in ordine, vel beneficio ad se venientem, pro confessione Sacramentali audienda: Hunc casum non inueni expressum apud villum recentiorem. Sed tamen (sub correctione Doctorum) credo illos tales Clericum possent se absoluere virtute fuorum priuilegiorum. Probo, & quia predicti Religiosi id poterant facere ante illam revocationem Sixti V. maximè per priuilegium Sixti IV. apud Compendium Mendicantium, verbo, *Absolutio quod scularces 2. §. 20. cum annot. Cordub. ad dictum §. 20. per quod concessit Confessoribus Ordinis Minimorum*, ut possint absoluere penitentes ab omnibus casibus excommunicationis, suspensio- nis, &c. Episcopis à iure, vel ab homine referuntur, & simile priuilegium extat in eodem Compendio, *In eodem verb. §. 19. concessum Benedictinis*, & clariss adhuc id poterunt Confessores Societatis Iesu per priuilegium illis concessum à Paulo III. & transcriptum à Rodriguez in *Addit. ad §. 9. n. 120*. Per quod Papa concedit illis Patribus (& proinde cum illis in Ref. communicantibus) ut penitentes ad se venientes possint absoluere ab omnibus censuris, & penis Ecclesiastici exceptis contentis in Bulla Cœna. Quapropter licet illa priuilegia sine revocatione per Sixtum Quintum, si tamen illi Religiosi, quibus illa confessio fuerunt habeant confirmata tua priuilegia ex certa scientia (vt suppono) poterunt eidem ut ob rationes claras, quas adduxi in num. 1. proxime precedenti.*

3. Hanc etiam sententiam tenet Leandrus à Murcia in c. 14. super 8. Regulis D. Francisci n. 37. & Boronus in conf. Regul. tom. 2. refol. 67. n. 76. Vecchius in præc. disputat. 9. dub. 1. 3. p. 20. Tamurinus de iure Abb. tom. 2. disputation. 14. quest. 13. n. 1. Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regularum refol. 3. n. 1. Tome V. II.

Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Pater Pellizarius in *Man. regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 47*. Sed an ita sit, alij videant, dicit amicissimus Pater Lezana in *summa tom. 3. ver. Simonia num. 3. 1.* & ego hanc sententiam abolute alibi impugnau contra Patrem Vidalem. Notandum est tamen hic obiter probabilitatem esse Simoniacum occultum non incurrere in irregularitatem, & ita docet doctus, & amicissimus Bardi in *Bulla Crucis part. 3. tractat. 2. cap. 1. sect. 4. §. num. 30. vbi sic ait. Supponendum est quod quamvis secundum plures Authores recipiens ordinem simoniæ incurrit irregularitatem etiam si simonia sit occulta, vt nota Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 6. Suarez de censuris disputat. 43. sect. 4. n. 2. nihilominus & ipsi, & alij existimat ob peccatum simoniae occultæ nullam incurri irregularitatem, quia in iure non habent hoc expellere, licet in alias penas, & censuras simoniacis incurrit, & ipso facto triplici illa materia: dixi ob simoniam occultam, nam quando est publica ratione infamie, resulat irregularitas. His probabilitis dicimus non posse commissarii dispensare in irregularitate, quæ oritur ex simonia, quia Pontifex in hoc paragrapgo talem irregularitatem expellit, hoc tamen facit iuxta probabilem opinionem, quæ assertio ex simonia saltem circa ordines incurri irregularitate; At quia oppositum est etiam probabile immo iuxta meam sententiam probabilitus, idcirco simoniacus non indigebit dispensatione facienda a commissario in aliqua irregularitate, cum poterit practice sibi suadere in nullam incurrisse irregularitatem. Ita Bardi.*

### RESOL. CCXCIX.

*An Prælati Regulares possint absolvire suos subditos à casibus Bullæ in Cœna Domini? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 7. 2.*

§. 1. **A** Firmatim respondet Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. ap. 21. per totum, & nouissime Hieron. Rodriguez in compen. qq. Regul. refol. 3. n. 3. vbi sic ait. Prælati Regulares possunt absoluere suos subditos à casibus Bullæ Cœna Domini non obstante nova refutatione ipsorum, quæ querannis sit in publicatione dictæ Bullæ. Ita ille. Et hanc sententiam mordicus etiam defendit Peirinus in priuileg. Minimi, tom. 1. confit. 4. Sixti IV. §. 5. n. 6. cum seq. & Portel in addit. ad dub. Regul. ver. Abbas. n. 8. Vide etiam Emanuele Rodriq. in qq. Regul. tom. 1. q. 20. art. 9. Vegam & in sua tom. 1. cap. 49. cap. 1.

2. At his non obstantibus Sigismundus à Bononia tract. de elect. dub. 69. n. 1. 3. Alcanius Tamurinus de iure Abb. tom. 2. disp. 14. q. 1. §. n. 3. Ioah. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 1. 3. corol. 1. Zanardus in direct. Theol. p. 2. cap. 17. Naldus in sum. ver. nouissim. 2. 7. Vecchius in præc. non. di p. 9. dub. 6. n. 3. Graffius in appen. lib. 1. cap. 7. n. 22. & alij penes ipsos, assertunt non posse Prælatos Regulares absoluere neque Professos, neque Nouitios à casibus Bullæ Cœna. Sed ego in cōtrouersia tam gravi cum Miranda in manuali Pral. 10. 2. q. 9. art. 10. iudicis officiū agere nolo, ideo de illa penes alios sit iudicium, seu consulatur Summus Pontifex.

### RESOL. CCC.

*An Regulares possint dispensare cum secularibus super irregularitate ortax delicto, v. g. si Sacerdos excommunicatus celebrasset, vel si suspensus sacros Ordines suscepisset?*

Ideam dicendum est de quibusque Sacerdotibus electis ab ipsis penitentibus virtute iubilati, aut Bullæ Cruciate.

S. 2. E<sup>st</sup>

Alibi pro parte supra in Ref. 168.  
§. Nec obstat, &c.  
Et pro Simonio: occulto contento in hoc textu  
in tom. 4. tr.  
3. Ref. 137. §.  
2. & 3. & in  
tom. 5. tr. 5.  
Refol. 39. §.  
Hinc. & ibi  
in tr. 7. Ref. 3.  
§. Norandū  
& seqq.

Sap. hoc pro  
commisario  
in tom. 4. tr.  
3. Ref. 137. §.

Sup. hoc sit  
pra ex do-  
ctrina Ref.  
2.1. proprie-  
tatem, ver. &  
proinde. Sed  
lege eam per  
totam, & vi-  
tia. & q. 1.  
ti IV. apud Compendium Mendicantium, verbo, *Ab-  
solutio quod scularces 2. §. 20. cum annot. Cordub. ad  
dictum §. 20. per quod concessit Confessoribus Or-  
dinis Minimorum*, ut possint absoluere penitentes  
ab omnibus casibus excommunicationis, suspensi-  
onis, &c. Episcopis à iure, vel ab homine referuntur,  
& simile priuilegium extat in eodem Compendio,  
*In eodem verb. §. 19. concessum Benedictinis*, &  
clariss adhuc id poterunt Confessores Societatis Iesu  
per priuilegium illis concessum à Paulo III. & trans-  
criptum à Rodriguez in *Addit. ad §. 9. n. 120*. Per quod  
Papa concedit illis Patribus (& proinde cum illis  
in Ref. communicantibus) ut penitentes ad se venientes  
possint absoluere ab omnibus censuris, & penis Ecclesiastici  
exceptis contentis in Bulla Cœna. Quapropter  
licet illa priuilegia sine revocatione per Sixtum  
Quintum, si tamen illi Religiosi, quibus illa  
confessio fuerunt habeant confirmata tua priuilegia ex  
certa scientia (vt suppono) poterunt eidem ut ob  
rationes claras, quas adduxi in num. 1. proxime pre-  
cedenti.

3. Hanc etiam sententiam tenet Leandrus à Murcia in c. 14. super 8. Regulis D. Francisci n. 37. & Boronus in conf. Regul. tom. 2. refol. 67. n. 76. Vecchius in præc. disputat. 9. dub. 1. 3. p. 20. Tamurinus de iure Abb. tom. 2. disputation. 14. quest. 13. n. 1. Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regularum refol. 3. n. 1. Tome V. II.